

FRANCISCI MARIÆ  
**PITONII**  
DE  
**CONTROVERSIIS**  
PATRONORUM,  
**ET DISCEPTATIONES**  
ECCLESIASTICÆ:  
Opus in Sex Tomos distributum.



*For daty de la vbra completa, et hally  
in le autepuritate. C. real*

**FRANCISCI MARIÆ  
PITONII  
ADVOCATI ROMANI,  
deinde Episcopi Imeriæ,  
ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.  
AUDITORIS;  
DE CONTROVERSIIS  
PATRONORUM,**

**NEC NON AB EIS PRÆSENTATORUM**

Ad Beneficia & Cappellanas quascumque, & alia Relicta pia;  
ubi Casus Præctici, qui in materia Jurispatronatus per Ecclesiasticas  
Curias ventilantur, & in quibus Auctoꝝ vel ad defensam scripsit,  
vel pro veritate consuluit; additis iudicatis diversorum Romani  
Fori Tribunalium, signanter SAGRÆ ROTÆ, maturiori  
examine disceptantur;

**TOMUS PRIMUS.**

*Opus non tantum Iudicibus & Curialibus, sed etiam Episcopis &  
alijs Ecclesiarum Prælatiis, apprimè utile ac necessarium.*

*Es de la biblioteca del Real  
Col.º de la Comp.º de the  
de Calananca*



**VENETIIS. MDCCXXXIII.**

**Ex Typographia Balleoniana.**

**SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.**

# I N D E X ARGUMENTORUM SINGULARUM ALLEGATIONUM,

Quæ in Primo de Controversiis Patronorum Volumine  
continentur.

## ALLEGATIO I. ARGUMENTUM.

**D**E duplici specie Juspatronatus, Activi scilicet, & Passivi, & de utriusque differentia. Vocatus ad Passivum, quod tempus competat ad se opponendum. Et an Provisio Apostolica remaneat subreptitia ob non expressiorem existentiam passivè vocatorum, si illi in tempore se non opponant. Et alia, quæ in corpore subalternantur.

## ALLEGATIO II. ARGUMENTUM.

Major pars Patronorum presentandò non Idoneum, quando privetur potestate presentandi, etiam durante quadrimestri; & per contrarium eo etiam elapso, habeat novum terminum ad presentandum. Lite pendente inter Presentatos, an Patroni, qui unum ex eis nulliter, sed bona fide presentantur, possint iterum validè presentare durante quadrimestri.

## ALLEGATIO III. ARGUMENTUM.

An Patronus Laicus variare possit lite pendente inter presentatos, & plura in materia variationis. Institutus per male fidei Possessorem an sit removendus. Jure dare potest sententiam Institutionis presentato per Patronum putativum, & sententiam in petitorio favore Patroni veri, nec eo terminato removeatur Institutus per Patronum putativum.

## ALLEGATIO IV. ARGUMENTUM.

Prælati debita Presentato de sanguine Patronorum in paritate vocum, an intelligatur respectu Patronorum, qui presentant non ratione eorum personæ particularis, sed ratione, seu occasione Officii, Dignitatis, Collegii, vel Universitatis. Gratia pro presentato obenta ab extraneo non facta mentione compresentari de sanguine Patronorum an sit nulla, si de tempore date nondum fuerat compresentatus de sanguine. Et quid si eo tempore supplicans non fuerat presentatus, sed postea, & medio tempore Compatroni presentantur Consanguineum.

## ALLEGATIO V. ARGUMENTUM.

Deciditur gravis articulus, an nova forma Concursum inducta ex dispositione *Sacr. Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. de Reform.* in provisionibus Parochialium de Juspatronatus Ecclesiastico locum habeat etiam in illis, quæ ab immemorabili solite fuerint absque concursu providenti.

## ALLEGATIO VI. ARGUMENTUM.

Presentatus de sanguine unius Compatroni obtinet Gratiam pro Presentato cum derogatione mediocritatis vocum in data anteriori, & per contrarium alter, qui est Compatronus obtinet Gratiam Apostolicam pro se ipso cum eadem derogatione in data posteriori, queritur, quis ex istis Provisis sit preferendus eorum Executione Litterarum Apostolicarum.

## ALLEGATIO VII. ARGUMENTUM.

Compatronus extraneus, & non qualificatus juxta legem Foundationis in paritate vocum non est preferendus Consanguineo Fundatoris. Et vocato uno de parentela Fundatoris in genere, Patronus habet libertatem presentandi quemcumque voluerit, non attendens qualitate gradus proximioris, aut remotioris.

## ALLEGATIO VIII. ARGUMENTUM.

Quando ex duobus equaliter Patronis unus presentat extraneum, & alius per viam peccum supplicat Ordinario pro se ipso, iste est gratificandus, & instituendus ab Ordinario, excluso Extraneo.

## ALLEGATIO IX. ARGUMENTUM.

An Patroni laici cogi possint per Superiorem ad dividendum Jus presentandi per turnam, seu per Alternativam. Et quid in Patronis Ecclesiasticis, & in plurius Collatoribus habentibus simultaneam; nec non alia de Alternativis, Bipartitis, Tripartitis, & Quaterpartitis inter Regulares.

## ALLEGATIO X. ARGUMENTUM.

Explicatur differentia inter Juspatronatus Gentilium familiare, & Gentilium lineale. Presentatio in familiari spectat promiscuè ad Patres cum Filiis familiaribus, & proximioribus simul cum remotioribus in capita. In lineali autem sit presentatio gradatim, seu ordine successivo, itaut proximiores excludant remotiores.

## ALLEGATIO XI. ARGUMENTUM.

Ætate agnata succedunt per posteritatem in Juspatronatus deducto ex observantia juxta quam semper masculi Agnati presentantur tamquam senioribus, & antiquioribus de Domo, & Casa. In Juspatronatus gentilium quasi possessio presentandi queritur ab extraneo vigore donationis factæ ab Agnato non afficit aliam de Domo per posteritatem Jure proprio vocatum.

## ALLEGATIO XII. ARGUMENTUM.

Obligatio Patroni de restaurando Cappellam de suo Juspatronatus, an extendatur ad casum, quo Ecclesia, ubi illa existit, redacta fuerit in meliorem structuram, ex causa ejus totalis reedificationis.

## ALLEGATIO XIII. ARGUMENTUM.

Reservato Juspatronatus quatuor distinctis personis, eorumque descendentes masculis in Infinitum = *e mancando le linee masculine alle femmine* = An substitutio Feminarum intelligatur in casa, quo deficiant masculi distributivè in qualibet linea, vel potius in casa, quo deficiant omnes masculi collectivè omnium linearum.

## ALLEGATIO XIV. ARGUMENTUM.

Juspatronatus, quod sit hereditarium in ultimo de Familia, extinguatur, seu devolvatur ad Episcopum, si ille



D E  
C O N T R O V E R S I I S  
P A T R O N O R U M  
F R A N C I S C I M A R I A E  
P I T O N I I

Episcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

T O M U S P R I M U S .

A R G U M E N T U M .

De duplici specie Jurispatronatus, Activi scilicet, & Passivi, & de utriusque Differentia, Vocatis ad Passivum quod tempus competat ad se opponendum. Et an Provisio Apostolica remaneat subreptitia ob non expressionem existentis passivè Vocatorum, si illi in tempore se non opponant. Et alia, quæ in corpore subalternantur.

S U M M A R I U M .

1. Quid sit Juspatronatus Activum, & quid Passivum? num. 2.
2. Passivum dicitur diversimodè per Vocatorem nomen Directum, & per Mediatum.
3. Oppositio passivè vocati habet vim presentationis.
4. Inter passivos vocatus vocatorem mediatum est in arbitrio Patroni eligere hunc, vel illum, scilicet quando vocatio est directa.
5. Papa derogare solet Activo in multis casibus, non autem Passivo. Limita ut num. 7.
6. Provisio Apostolica Entranti est subreptitia, si non fiat mentio de consanguineis passivè vocatis, qui existunt, licet illi nondum probassent consanguinitatem.
7. Intelligi, si isti se opponant in termino Quadrimestris, vel Semestris.
8. Passivè vocati habent hunc terminum.
9. Iste terminus an procedat quoad Vocatorem tam directum, quam mediatum. Vide num. 12.
10. Non currit impeditis, & ignorantibus: Elapsa autem termino, & re integra an admittantur passivè vocati. Vide num. 17. & 18.

Patonii de Controv. Patron. Tom. I.

14. Oppositio facienda est coram Papa, si ad eum pertinet collatio, vel saltem coram Executore Apostolico.
15. An Provisio reddatur nulla, si de ejus tempore passivè vocatus non habeat qualitates necessarias?
16. An detur devolutio libera ad Superiorem, si existente per prius vocato incapaci, & non obtinente Gratiam Dispensationis, per posterius vocatus non compareat in tempore?
17. An in Juspatronatus tam Activo, quam Passivo consideretur ratio Agnationis?
18. Sufficit quod passivè vocatus cum certa qualitate, illum habeat de tempore presentationis, licet postea deficiat. Sed limita, ut ibi.
19. Quibus temporibus requiritur potest qualitas passivè vocati? Vide ibi.
20. Si passivè vocatus vacante beneficio non esse habilis, sed speraret se habilitari posse intra terminum Juris, quid facere possit.
21. Durante termino Juris, presentatus sub conditione qualitatibus, an possit ab altero qualificato prohiberi, quo minus debitam qualitatem assequatur? & num. 24.

A L L E G A T I O I .



Uamvis clarorum Virorum sepulta ingenia elegantes ediderunt Tractus materiam hanc patronalem amplectentes; quia tamen non omnia ad primum occurrentia dubia in eis reperimus, aut non omnia ab eisdem firmata, in Tribuslibus sunt recepta, aut demum quia juxta illud Virgilianum: *Non omnia possumus omnes* in inutile idcirco non erit reliquis per amplius hujus materiam, per casus in Foro ventilatq; resumere, ad quem effectum

A

expli-